

ficatur. Nubes enim subit sub pedibus eius, non adjuvans ascensionem, sed ut ostenderetur, illum esse, qui per turbinem & nubes olim quidem ad Iobum; post ipsum vero ad Moysen locutus esset. Ad quid nubes in die Ascensionis Christi, ac tam pompas majestatis? Deus ad sublimandos, ac condecorandos suos servos nubibus usus est; sic cum ascenderet Moyses aperuit nubes montem, & habitavit in gloria Domini. Exod. 24. n. 15. sic & de Iob scribitur 40. n. 1. Respondens autem Dominus Iob de turbine; Septuaginta legunt; de nube. Ad gloriam & exaltationem suorum servorum nubem elegit Deus, eandem ad triumphum, ac splendorem suae gloriose Ascensionis sibi assumit; nam sui honoris, ac decoris suos participes facit, & cum illis communicat.

Quarto, De primo Christi adventu in mundum loquens Ihuas 19. n. 1. iuxta communem sententiam Patrum nostri D. Cyril. D. Hieron. D. Athanas. Protoph. ac aliorum ait, Dominus ascendit super nubem levem. In primo ingressu venit ad nos per nubes; nunc vero regrediens in caelum per nubem ascendit, & nubes suscepit eum. Quod bene notavit Theophyl. hic, & ait. A nube Virginis in nubem venit, ac per nubem ascendit, ubi prius erat. Divinae dispositionis est, non dimittere bonum in fine, quod in principio apprehendit, sed semper illud conservatum tenere.

De ultimo die iudicii scribit D. Matth. 24. n. 29. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum; stellae de caelo cadent, & tunc apparebit signum filij hominis. Si Dominus venit eum tanta celsitudine, ac majestate ad iudicium, cur caelestia lumina sic obtenebrantur, potius magno splendore deberent fove Domino venienti applaudere? Cum primo Crux apparuit, a sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram, usque ad horam nonam. Matth. 27. n. 45. Cum Crux primo apparuit, tenebras immisit in faciem terrae, quibus caelestia lumina sunt obscurata, sic & eum ultimo apparet caelestia lumina obscurantur, quod praclare notavit Origenes homil. 30 in Matth. & ait: Sicut enim in dispensatione Crucis Sole deficiente tenebrae factae sunt super omnem terram: sic & signo filij hominis appaente, in caelo deficiet Solis lumen, & Luna adhuc, & stellarum, quasi consumptum a multa virtute signi illius. Divinae virtutis est non deponere in fine bonum, quod in principio apprehenderat; ex quo magnum documentum habeat Crucis alumni, quod splendores mundiales, quos in principio a se abjecerunt illos usque in finem a se repellentes perseverent.

Quintò D. Chryso. homil. 2. in Acta ait: Ad illum missum est regale vehiculum, ne quid triste loqueretur: ne idem illis accideret, quod accidit Elisaeo, qui magistro assumpto in caelum, dilaceravit tunnicam suam. Videns Elisaeus suum magistrum ferri in caelum ex ingenti dolore, apprehendit vestimenta sua, & scidit illa in duas partes, 4 Reg. 2. n. 12. Ne quid simile eveniret discipulis cum Christus abiret, venit nubes lucida, & resplendens, quae Christum suscepit, & inde visa tanta gloria sui magistri magno gaudio discipuli sunt profusi, & ita scribit D. Lucas 24. n. 51. quod postquam Christus assumptus est in caelum, Ipsi regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno; quod etiam notavit D. August. statim dandus, Deus non patitur in suis tristitiam, sed eos vult hilares.

Cum Abrahamus, & Isaac pergerent ad perficiendum sacrificium, ait Isaac; Pater in; Ecce ignis, & ligna, ubi est vittima holocausti? Respondit Aba-ha-Oblatio Domini, Dominus praevidet, Gen. 22. n. 7. Cur Pater factus animo vestri dimittit.

Gen. 22. Oblatio Domini, Dominus praevidet, Gen. 22. n. 7. Cur Pater factus animo vestri dimittit.

Gen. 22. Oblatio Domini, Dominus praevidet, Gen. 22. n. 7. Cur Pater factus animo vestri dimittit.

Gen. 22. Oblatio Domini, Dominus praevidet, Gen. 22. n. 7. Cur Pater factus animo vestri dimittit.

Gen. 22. Oblatio Domini, Dominus praevidet, Gen. 22. n. 7. Cur Pater factus animo vestri dimittit.

retur, ut advertit D. Ephrem. orat in Iob. Non my-sterium revelavit Abrahamus, ne illo tristitia affecto, ipsius donum inquinaretur. Deus vult suos servos hilares, & oblatio illi facta animo tristi multum de suo decore perdit.

Sextò D. August. homil. 7. de Ascens. sic ait: Apparuit nubes, intravit in eam, qui educit nubes ab extremo terra, ut oblectaret oculos eorum nubis amentia, & si abscondirret eorum ascendentis de caelo suavitatis, ne sola desiderantium in animis remaneret anxietas. Ab oculis discipulorum, nubes occultat Jesum, quae ex sua conditione irrorat in terram, ut fieret manifestum quod sic abscondebatur Jesu per nubem, ut suavam omnium caelestium donorum rorem, ac copiam mitteret in suos discipulos; ex quo sanctissimorum virorum innata conditio, ut etiam post suum discessum, suo intervento multa dona irroret in nos.

Ait Ihuas 60. n. 8. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & tanquam columba ad fenestras, de sanctis Apostolis est sermo, qui volatu veloci terram relinquunt in altum, ac caelum volant; sed cur potius tunc nubibus comparantur, quae similitudo illis cum nubibus, apposita D. Ambros. lib. de fuga saeculi cap. 9. ait: Sic igitur volate, ut dicatur de vobis, qui sunt isti, qui ut nubes volant? ut nebula vestra rorem iustitiam, & simplicitatem columbae; nebulae & si fugiant ab oculis aspicientium, tamen suo rore terram fecundant ut multum germina producat; sic & iusti, etsi per eorum discessum ab intuitum oculis recedant, tamen suis precibus in nos caelestem rorem distillant ad multos virtutum fructus. Vide multa in meis libris, verb. Charitas.

QUAESTIO XVIII.

Quare Christus D. ascendit in caelum per nubes, venturus sit ad iudicandum in nubibus caeli?

ET nubes suscepit eum ab oculis eorum; Non omittam hic notare, quod aliqui hic considerant, quod dum Christus in hoc suae Ascensionis triumpho, sub nube absconditur, quamdam sacrae Eucharistiae figuram exprimeret, nubes enim candida, & alba est, dum Christus sub illa regitur. se ipsum repraesentat, obvelatum, & absconditum sub speciebus Sacramentalibus; ac si gloria & majestas Christi nequeat ostentari, ac manifestari, absque notis, & signis sacrae Eucharistiae, in qua maxime tota eius majestas nitet, ac resplendet.

Quaestio praesens est, quod cum Christus ascenderet in caelum una nubes est ei in ministerium, cum tamen in ultimo adventu venerit ad iudicandum, apparebit in nubibus caeli, sic ait Christus D. Matth. 24. n. 3. Videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & majestate.

Respondet primò Abulensis ad hanc quaestionem, quam ipse excitat ad c. 24. Matthaei q. 180. & ait: In adventu Christi non solum descendit una nubes, sed multiplex, ut major honor sit descendenti, eo quod tunc omnibus, hominibus manifestandus: nunc vero solis discipulis, & credentibus aliis visus est. Aequalis potestas est Domini ascendenti in caelum, ac venientis ad iudicium? Cur ergo in praesenti una tantum nubes, in iudicio multiplex venit in ministerium? Quamvis aequalis esset potestas, in qua illis erat ratio; Dominus nunc ascendens in caelum videbatur a paucis & amicis, qui potentiam suae suptemae majestatis venerabantur. Nunc vero solis discipulis, & credentibus aliis visus est. At vero in iudicio veniet coram omnibus hominibus & multis int-

119. D. Aug. Christus & si abscondit, non solum amicum agnovit, sed laudes.

120. Ihuas 60.

Sancti etiam post discessum benefici in suos.

D. Ambr.

121.

Christi majestas cum signis Eucharistiae ascenditur.

122. Ratio distinctio.

123. Abulens.

Non inimicus sed solum amicum agnovit cum suis laudes.

Caesarius.

Id quod Christus assumit ad sui decorem communicat suis. Exod. 24. n. 15. Job 4. Septuag.

115. Mai. 19.

Divina virtutis est conservare bonum, quod apprehendit in principio. 116. Math. 24.

Matth. 37.

Origen.

Abjedio tenentorum in principio fit, & in fine.

117. D. Chrys.

4 Reg. 2. Deus vult suos servos hilares. Luc. 24.

118.

Gen. 22.

micis & contrariis, qui eum contempserunt; Vt major honor sit descendenti, eo quod tunc omnibus hominibus manifestandus. Amicis, ac benevolis spectantibus, sat erat quod una nubes daret obsequium, ut ab eis ejus majestas agnosceretur; At vero coram negantibus multiplex conveniens fuit famulatus, ut inde ejus vindex gloria, & majestas ab eis revereretur; Vide quae dixi tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 6. n. 60. & lib. 3. c. 3. q. 1. n. 6.

124. Math. 24. Christus plus vult venerari suam crucem, quam se.

Exod. 33.

Psal. 67. D. Bern.

125. 1. Thim. 4.

Maxime vult exaltari suos Sanctos.

Cant. 4. Chald.

Secundò. Nunc nubes suscepit eum. In iudicio in nubibus caeli; tunc enim apparebit signum filij hominis. Scilicet Crux; & Alta divinaque Providentia, quod sanctissima Crux sit in tanta veneratione, ac reverentia; quod si ad obsequium Christi, intervenit una nubes, quae suscepit eum in caelum; At vero ad famulatum sanctae Crucis pro sua ingenti majestate, omnes in ministerium convocentur nubes. Tota Christi gloria, & majestas in cruce constituta est, Valde instanter postulat Moyses à Deo: Ostende mihi gloriam tuam; Exod. 32. num. 8. annuit Deus dicens: Posteriora mea videbis. Ibid. n. 2.3. & quoniam sunt haec posteriora Dei, in quibus constituta est tota gloria Dei, & omne bonum? Posteriora Dei sunt nempe ejus Crux, in qua tota Dei gloria, & majestas est. D. Bernard. serm. 61. in Cant. ait: Posteriora dorsi ejus in pallo e auri, quae fuscum crucis non erubuit. Inde ipsa columba, quae divinitatem repraesentat maxime deaurata, ac resplendens apparuit in posteriore dorsi ejus, in cruce nempe sua.

Tertidò. Christus cum descendit ad iudicium, omnes Sancti ejus venient cum eo, & si quando ascendit una nubes suscepit eum, inde eum venit cum Sanctis suis, tunc apparebit in nubibus, ita Christus exaltatur, ac glorificatur in Sanctis, & ita vult eos exaltari, ac sublimari, ut major ostentatus, soleis majestatis apparatus exhibeatur, dum Sanctis comitatus apparet in nubibus caeli, quam cum ipse solus magno triumpho ascendit. Scepit enim nubes. De se ait Christus D. Ego flos campi. Cant. 2. num. 1. ac de Sanctis suis, quos Deus dedit in sua Ecclesia, dicitur: Emissiones viae Paradisus malorum punicorum. Cant. 4. n. 1. 4. seu ut legit Paraphrasis Chaldaica: Juvencus tui sicut aromata optima horae voluptatis. Ipse solus est flos, ac verò cum Sanctis suis est paradiscus, ac hortus voluptatis cum omnibus arboribus, ac aromantibus; & quamvis Deus sit semper idem, & immutabilis, & nihil de novo crescat, ita tamen exaltatur in Sanctis, ac glorificatur in eis, ut qui antea dicebatur flos campi, jam verò cum suis Sanctis sit paradiscus, ac hortus omnium pomorum, ac aromatu.

Act. 1. n. 10. Cumque intuerentur in caelum euntem illum: Ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis.

Num. 11. Qui & dixerunt: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.

VERSIONES.

Syrus n. 1. Dum ipse absens esset, inventi sunt duo viri

Arabic. Dum ipsi attentè considerarent abscessum ejus in caelum: Ecce duo viri in sindone candida.

Graecus. Cum ipsi intendentes, & intenti defixis oculis euntem illum.

D. Ambros. serm. 60. Cum ipsi suspensi intuerentur.

Aethiopic. Duo viri vestiti erant fulgore.

Pagn. Amicti vestibus albis.

Syrus n. 1. 1. Quid statis, & suspicitis eum scandentem in caelum.

D. Epiph. Assumptum in caelum.

EXPOSITIO VI.

Uaque intuerentur. Fixis oculis in tantam Christi gloriam, ut ait D. Ambros. ita ut oculi non possent fatiari, ac quiescere à tanta majestatis visione. Ecce, rem valde magnam, & novam notat, quae magnam requirit attentionem, ut notat D. Athanasius serm. de Deipara. duo viri. Communis vox Patrum, ac interpretum est, quod erant Angeli, assumpta forma, ac specie virorum, maxima tamen splendida, ac eleganti: in vestibus albis. Ut ipsa veste alba magis solemnitatem appareat festivitatibus. Ipforum virorum puritatem, ac candorem, ut advertit D. Epiph. oratione de Ascens. & ideo de Beatissimum sequentibus dicitur Apocalyp. 19. n. 14. Exercitus, qui erant in caelo vestibus albis, ut ibi dixi: ut veste alba denotaretur Christi ascendenti majestas D. Gregor. homil. 49. in Evang. ait: Christo nascente non legi candidatos Angelos apparuisse; qui in navitate apparuit Deus, humilis, in ascendente offensus est homo sublimis; ut voluit D. Chryso. & Beda hoc loco; ut candore vestis exhiberent astantium oculis.

Qui & dixerunt. Ait Caietanus: Non uterque, sed alter nomine utriusque, sed non videtur repugnare, quod uterque saltem vicissim locutus esset, viri Galilaei, eos sic compellentes, ut eos magis attentos reddant: & Galilaeos dicunt, quia Apostoli saltem majori ex parte erant oriundi ex Galilaea, quae erat pars Judaeae, ut advertit Lyranus. Quid statis aspicientes. Syrus. Quid statis, & suspicitis attentis, & fixis oculis: Iesus, qui assumptus est à vobis sua propria virtute ascendens in caelum, sic veniet sua propria virtute formam humanam veniet ad iudicandum.

QUAESTIO XIX.

Quare duo Angeli hic apparentes dicuntur viri, & non Angeli?

Conveniunt omnes, quod isti duo viri Angeli erant, quorum proprium est Dei mandata, & ordinationes ad homines perfere; Dicuntur tamen viri Primò respondet D. Epiphanius orat. de Ascens. ait: Viri dicuntur; ut animi robur discipulorum confirmet. Duo, qui veritati fidem faciant. Dicuntur viri ab effectu quia venerunt, ut darent animum fortitem, & virilem discipulis; & duo, quia in ore duorum, vel trium est omne verbum.

Secundò Oecumenius, in praesenti sic loquitur. Ecce duo viri, &c. Angeli apparentes propter operationem, viri appellantur, iuxta visionis cognitionem. In veritate, ac natura Angeli erant, tamen viri nominantur, quia virorum formam, ac operationem praestabant. Angelus spiritu multum distat ab homine corporeae naturae, tamen cum fortitatis hominis apparener induit, iuxta visionis cognitionem, secundum formam, non Angelus, sed homo dicitur, & judicatur; valde familiare est ut unusquisque habeatur, ac cognoscatur, ex eo quod apparet, ac ex operationibus quas quilibet, exercet, ac agit.

130. Juxta Dei mandatum cum essent coram Pharaone Moyses, & Aaron; Aaron tulit virgam coram Pharaone, & serpsit ejus, qua versa est in colubum. Exod. 7. n. 10. ad cujus emulationem, vocat Pharaon sapientes, ac veneficos, & per incantationes Egyptiacas projecerunt singulis virgas suas, qua versa sunt in dracones. Ibidem n. 12. Ecce dicitur coluber, & draco, & tamen magna differentia erat inter utrumque; nam coluber prodiens ex virga Aaronis erat verus, & legitimus; at dracones ex virgis maleficiorum, erant ficti & apparentes, ut tenent Origenes, D. Augustinus, D. Ambrosius, Rupertus, Abulensis, Lyranus; & tamen ex apparentia de re vera, ac fictitia, ut vulgo habetur, idem dicitur, ac creditur, ut notavit D. Augustinus, q. 21. in Exod. postquam habet questionem pertractat sic subdit. *Cur e go ex utraque parte, & virge dicuntur, & dracones, ut de figmentis illis nihil differat modus loquendi.* Ecce coluber est verus, ficti dracones, & tamen judicium æquale est in utraque parte, *Ut de figmentis illis nihil differat loquendi modus.* Imo ex Aaronis virga prodiit coluber verus; ex virgis Magorum fictitii dracones, quæ sunt multo majora, & ferociora animalia, quam coluber, ut notat Pierius Hierogly. lib. 16. & valde frequenter, id quod fictum, ac fallum est, majus creditur, ac videtur, quam id, quod est verum, ac solidum.

QUÆSTIO XX.

Quare Angeli hic in Ascensione apparentes, dicuntur viri; cum in resurrectione exprimitur Angeli?

131. D. Matthæus scribens mysterium Resurrectionis Christi D. cap. 28. n. 5. ait: *Quod Angelus Domini descendit de cælo, erat autem aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix. Respondens autem Angelus dixit mulieribus, scio quod Jesum quaeritis, &c.* Ecce in resurrectione apparet dicitur Angelus, & hic in mysterio Ascensionis cum essent Angeli non dicuntur Angeli, sed viri: *Ecce duo viri astiterunt.*

132. Respondeo primò, quod etiam in resurrectione Angeli apparuerunt in specie virorum, nam sic scribit D. Marcus cap. 16. n. 5. de mulieribus: *Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris;* & etiam D. Lucas agens de ipsis mulieribus, sic scribit cap. 24. n. 4. *Ecce duo viri astiterunt circa illas in veste fulgenti.* Et in his nulla est contrarietas, nam D. Marcus, & Lucas narrant secundum apparentiam, quam exterius exhibebant, quæ erat virorum, D. autem Matthæus scribit, secundum naturam in qua consistebant, quæ erat Angelica, ut suo loco dixi.

133. Secundò, in resurrectione exprimitur Angelus, qui dicebat & testificabat resurrectionem, non sic verò hic in Ascensione? Quia in resurrectione persuadenda, ac credenda major fuit difficultas, & aliqui obdurati, & increduli astiterunt, & ita Christus D. exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia isti, qui viderant eum resurrectum, non crediderunt. Marc. 16. n. 14. At in Ascensione, talis incredulitas & durities cordis non est inventa, nam Christus D. ipsis aspicientibus, qui erant fere centum viginti ascendit in cælum. Cum ergo in animo acceptandæ resurrectionis magis extitisset cordis obduratio, inde gravior, ac sublimior testis fuit adhibendus, ut non videretur ex hoc sæculo, sed Angelus descendens de cælo cum tanto fulgore, ac

majestate in quo nulla poterat suspicari falsitas. Tertio, & moralissimè, Angeli, dicuntur in præfenti, viri: *Ecce duo viri:* loquebatur cum hominibus: *Viri Galilæi:* At in resurrectione sermo erat cum mulieribus, & inde dicuntur Angeli. Respondens autem Angelus dixit mulieribus. Ut inde hauriatur magnum documentum, quod mulier pia, & sancta, sic debet vitare consortium, ac colloquium virorum, ut videatur non habere sermonem, cum homine de hoc sæculo, sed cum Angelo Dei veniente de cælo.

Veniunt ad Abraham tres viri, Gen. 18. n. 2. qui juxta omnium sententiam erant tres Angeli, sicut & ille vir, qui loquebatur cù Jacob, Gen. 32. n. 14. Angelus erat, & tamen dicuntur viri. At verò Agar Abrahami ancilla ejecta ab ejus domo cum filio suo Ismaele, in magna aquæ penuria cum esset, vocat cum Angelus de cælo, Gen. 11. n. 17. Ad matrem Samsonis apparet Angelus de cælo, qui dixit ad eam steriles es, sed concipies; Judic. 13. n. 3. Quid est hoc, quod cum Angeli veniunt ad homines, apparent in specie virorum, & viri dicuntur, cum verò ad mulieres conveniunt, ut Angeli apparent, & Angeli dicuntur: Quid in hoc nobis divinus Spiritus innuit, nisi quod homines cum hominibus habeant sermonem? At mulier, non cum altero, sed tantum cum Angelo de cælo verba faciat, ac colloquatur.

Et si necesse fuerit mulieri loqui cum homine sic breviter, & tanquam occasionaliter, ut placeat Deo, & ejus colloquio fruatur. Sponsa sancta sui divini Sponsi amore vulnerata, valde sollicita cum quærebat, & dicebat: *Surgam, & circumibo civitatem per vicos & plateas quarum, quem diligit anima mea; quasvis illum, non inveni; invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum, cum pertransissent eos, inveni.* Cant. 3. n. 4. Valde mirum, quod illa, quæ tam vehementer exoptabat suum dilectum; incidens in custodes civitatis, tanquam ex officio tenebantur scire omnia, quæ in civitate agebantur, ab illis tantum uno verbo sciscitatur; *Num quem diligit anima mea vidistis?* cur non longiores trahit sermones, ut non amplius immoratur, an scirent, quod divertisset, ad quem locum se recepisset, quod abiret; cur non magis immoratur cum custodibus, an ex aliquibus signis possit investigare aliquid ad inveniendum suum dilectum? & quod magis, cur interrogatione facta, nullum expectat responsum, sed statim citò volat, & recedit, divina Sponsa cum esset pura, & sancta, sciebat quam periculosum sit virginibus colloqui cum hominibus, & ideo uno verbo facto in transitu, statim fugit, & declinat. Gilbertus Abbas ser. 7. in Cant. ait: *Bonum est, ut sis ad querendum sedulus, non tamen assiduus; Nam & sponsa, non tam ex studio, quam ex occasione custodes interrogat, & id in transitu, & notat quod ex brevi sermone cum custodibus est. Paululum cum pertransissent eos, inveni quem diligit anima mea.* Volunt mulieres habere Deum, & invenire Deum, pauca, & tanquam ex necessitate commisceant cum hominibus verba, ac cum eis loquantur.

QUÆSTIO XXI.

Quare isti duo viri non loquuntur cum sanctissima Virgine Maria, sed cum discipulis, quos Galilæos vocant?

A Derat in præfenti sanctissima Virgo Maria, quæ erat prima, & principalissima omnium persona

persona, cur cum ipsa non loquuntur, sed totus eorum sermo est cum Apostolis; & optimè sane; Quia illa, quæ Angeli dicebant discipulis, quod Christus abiret in cælum, & quod eadem majestate venturus esset ad judicium, præclarissime sanctissima Virgo sciebat per altissimam, & clarissimam scientiam, ac cognitionem omnium mysteriorum, ac rerum, quæ data ei fuit in primo instanti suæ immaculatæ conceptionis, insuper, ut docet D. Chrysostr. serm. 6. de Ascensione habito in 6. tom. Christus D. in hoc ultimo discessu cum sanctissima Virgine Maria habuit multa colloquia de magnis, & altissimis mysteriis, & cum illa tam amplam, ac profundam haberet omnium cognitionem, non fuerunt cum illa tractanda, quæ aliis erant ignota.

Dicunt Angeli: *Viri Galilæi.* Viri Galilæos dicunt in genere masculino, qui sermo non excludit mulieres, quæ aderant, ut dicitur Psal. 1. *Beatus vir;* sed ut advertit Lorinus honoratoris sexus mentio habetur, & notandum quod duplex erat Galilæa. Una in Palestina in tribu Nephtholim, dicta gentium, nam majori ex parte à gentibus habitabatur, Altera confinis Judææ in tribu Zabulon circa Tiberiadem, & stagnum Genezareth; ut tradit Hieronymus de locis Hebræicis, quæ fuit patria multorum discipulorum Christi, & quamvis aliqui ex Apostolis essent ex tribu Juda, qui dicti sunt fratres Domini, vel etiam de alia tribu, quia communiter habitabant in Galilæa, Galilæi dicti sunt, sicut & cap. sequenti n. 7. sicut & Christus D. cum natus esset in terra Juda, Nazareus dicebatur Matth. 2. n. 23. Atque etiam Galilæus dicebatur, Luc. 23. n. 6. quia ibi habitaverat, & quia libentius excipiebatur à Galilæis, quam à Judæis, Joan. 4. n. 45.

Secundò, D. Chrysostr. & Hugo dicunt: Quod Angeli vocant eos Galilæos honoris causa, tanquam dignitate præminentes, ut ita honorifico titulo discipulos magis ad se alliciant, & attentiores faciant, nam ut ait Hugo, Galilæi erant viri sapientes, & ingeniosi, & de Galilæis scribit Josephus de bello Judaico lib. 3. cap. 2. *Gens ingentis animi, roborisque corporis erat; pugnatæ ab infamia & formidinis expertis; ex tali gente Christus suos Apostolos elegit, nam Deus suos ministros non segnes, ac desidiosos, sed acres, ac alacros esse vult.* De his dictum est: *Estote fortes in bello, & pugnatæ cum antiquo serpente;* & Hebræ. 11. n. 34. *Fortes facti sunt in bello.*

Tertio, Galilæi, apud Judæos habebantur in contemptum, ac ignominiam, sic de Nicodemo dixerunt. *Numquid in Galilæa es? Vide quod de Galilæa Propheta non surgit;* Joan. 7. n. 52. & per contemptum Christus D. dicitur Galilæus Matth. 26. n. 69. & Jo. 7. n. 41. & optimè sanè nunc Angeli Apostolos Galilæos vocant, quia cum essent in tanta dignitate constituti utpote Christi præcones, & testes expectantes in se ipsis divinum Spiritum in tanto apice dignitatis scirent, & haberent ante oculos principia suæ humilitatis, ac vilitatis.

Sic & Abrahamus, cum esset in suprema dignitate ut ambularet cum Deo, cumque eo haberet larga colloquia, essetque Dei Secretarius; nam celare poterat Abraham, quæ gesturus sum, Gen. 18. n. 17. cum à Deo accepisset illud magnum donum, quod in eo essent benedicendæ omnes gentes, quod est Christus; tunc de se ait: *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis;* Ibidem n. 17. Quanto major fuit dignitas, tanto major extitit in eo propria cognitio suæ humilitatis, ac abjectionis, D. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 188. ait: *Abraham divino colloquio fruens, se terram, ac cinerem appellat.*

Quartò, Allusio facta ad significatum nominis, rectè Apostoli dicuntur Galilæi ex Hebræica voce,

idem est, ac *transmigrares*, qui enim sunt discipuli Christi, ac fixis oculis ipsum sequuntur, debent à terra in cælum mente, ac vitâ transmigrares. Unde ingeniosè D. Bernardus serm. 1. de Pascha, negat rectè *recteque solemnitate Paschalem celebrasse, qui in Galilæa non viderint Christum suscitatum; quæ transmigrationem significat.* Præcipua solemnitas à Deo instituta in populo extitit Pascha, id est transitus secundum suum significatum, per bellè ait D. Bernardus, non bene celebratur, nisi in Galilæa cum novitate vitæ, quando de temporali, ac terrena transmigratione in spiritualem, ac cælestem patriam.

Ait Dominus Jeremiæ 1. n. 18. *Ecce dedi te hodie in civitatem munitam, & columnam ferream; & in murum aream.* Isa. 16. n. 11. dicebat de se, *venter meus ad Moab, quasi cubara sonabit, & viscera mea ad murum colli lateris.* Quæ verba sic leguntur à Nicæta in Nazianzen. orat. 43. *Venter meus super Moab, quasi cubara sonabit & præcæpta mea quasi murus, quem innovasti, ecce magna fortitudo Jeremiæ exprimitur cum dicitur murus æreus; at de Isaiâ non dicitur murus æreus, sed innovatus. An, minor est fortitudo, ac gloria in uno, quam in altero? minime, nam eam celsitudinem, ac magnitudinem; quam unus habet in sua fortitudine, quod sit murus æreus, obtinet alius in sua puritate, quod sit innovatus murus; tanta enim fortitudo respicendur in justo in perseverantia, ac in illo, qui innovatur; sic ait Nazianze, citat. orat. *Innovatur apud alium Prophetam murus æreus, hoc est ni fallor; anima firma, & aurea mensque ad pietatem compulsæ.* Tantum enim animi robur, ac fortitudo declaratur, cum resistitur iniquitati, ac cum abjicitur, ac demittitur, & cum ipse murus est innovatus, ait Propheta, *venter meus quasi cubara sonabit.* Suavi, ac delecta bili sono coram Deo.*

QUÆSTIO XXII.

Quare per modum increpationis dicitur Apostoli quid hic stas aspicientes in cælum, cum laudabile sit, oculos habere defixos in Christum.

Cum Christus assumptus esset in cælum, stabant sacri Apostoli, fixis oculis, fixoque pede, ac corpore intuentes eum; tunc ecce duo Angeli dixerunt: *Viri Galilæi, quid stas aspicientes in cælum?* quæ admonitionis verba, speciem reprehensionis subolent, & quæ in hac re objurgationis nota; Cum nil videretur magis laudabile, quam Christum Deum, eorum amantissimum, Magistrum, ab eis discedentem, intentius aspiceret, & ab eo nec mente, nec oculis separari; Cur ergo per modum increpationis eis dicitur: *Quid stas,* seu ut habet Syriacus, *suspiciis.*

Respondeo primò juxta seriem Text. Christus D. assumptus est in cælum, & ejus discipuli stabant intuentes eum, & *nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Tunc cum Iesus esset absconditus ab oculis eorum, advennerunt Angeli, & dicunt *quid stas aspicientes* Quod est suum in cælum. Ac si dicerent quândiu Christus à vobis visui percipiebatur, tunc conveniens erat, oculos defixos habere in eum, at modo cum ipse jam disparet, ac occultatus est à vobis, ad quid stas cælum aspicientes; supervacaneus est vester aspectus, quia ipse in hoc mundo non est videndus, nisi cum venerit ad judicium; ac proinde cum ille intuitus esset supervacaneus, alicujus objurgationis notam non effugit, sic eum Martha hospitio exciperet Christum, & in multis preparandis esset occupata, sic per modum reprehensionis, ei dixit Christus D.